



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VIII. Markgraf Woldemar verpfändet die Lande und Schlösser Schiefelbein
und Falkenburg dem Bisthume Camin, am 8. Februar 1317.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

VII. Der Rath zu Dramburg befundet den zwischen dem Markgrafen Woldemar und dem Bischofe von Camin über die Bischofspfenninge von der Dramburger Feldmark geschlossenen Vergleich, am 29. September 1312.

Reuerendo in Cristo patri Hinrico, Episcopo Caminensi, consoles ciuitatis Drauenborch seruicium in omnibus beniuolum et paratum. Recognoscimus et notum facimus tam presentibus quam posteris publice protestantes, quod inter Dominum nostrum Marchionem Brandenburgensem Woldemarum dictum et presatum dominum Hinricum, Episcopum Caminensem, pro denariis Episcopalibus ex parte ciuitatis Drauenborch est taliter placitatum, Quod ipsa ciuitas Drauenborch libertatem a solucione denariorum episcopalium habeat ex gracia predicti domini Hinrici Episcopi Caminensis a festo beati Martini proxime nunc venturo ulterius ad duodecim annos. Hiis duodecim annis peractis et computatis, ciues predictae ciuitatis Drauenborch de quolibet manso adiacente ciuitati culto predicto domino Hinrico Episcopo Caminensi aut suis posteris, quod Deus auertat, pro denariis episcopalibus vnum solidum Brandenburgensis monete, omni occasione postposita, perpetue erogabunt. In huius rei euidentiam presens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Actum et Datum Drauenborch, anno domini millesimo tricentesimo duodecimo, In die beati Michaelis archangeli, per manum Hinrici, plebani in Drauenborch.

Nach dem Caminschen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

VIII. Markgraf Woldemar verpfändet die Lande und Schlösser Schiefelbein und Falkenburg dem Bisthume Camin, am 8. Februar 1317.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberg Marchio, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod computatione facta cum venerabili in Christo patre domino Hinrico, Caminensis ecclesie Episcopo, remansimus et Manemus eidem, ecclesie sue et Capitulo ex iustis debitis obligati in decem millibus marcis argenti Brandenburgensis ex rationabilibus dampnis et expensis ac parata pecunia, que et quas nos longo tempore in, diversis nostris guerris pluribus annis ad diversas eciam mundi partes cum suis vasallis sequendo pertulit et exposuit, de cuius computatione bene contentati ipsam tanquam iustam et rationabilem approbamus et ratificamus ac eidem nos obligari in summa huiusmodi profitemur. Volentes autem eidem Episcopo, ecclesie et Capitulo satisfacere, vendidimus et per presentes vendimus Episcopo, ecclesie et Capitulo ante dictis pro dictis sex millibus marcarum argenti Brandenburgensis terram, ciuitatem et castrum Schiuelben, pro residuis vero quatuor millibus marcarum terram, ciuitatem et castrum Valkenborch cum villis adjacentibus, cum omni proprietate, vtilitate et commodo ac dominio directo et vtili et vasallatu, prout eodem terre, ciuitates et castra ac ville ad nos dinoscuntur pertinere, cum omnibus suis metis et finibus et in eis contentis. Completo vero

contracto predicto predicti graciose nobis indulserunt, quod infra quatuordecim annos continuos a dato presencium numerandos possimus predicta reemere pro eadem summa et quod vasalli dictarum terrarum infra eosdem quatuordecim annos ab Episcopo, ecclesia et Capitulo non teneantur infeudari. Si vero infra tempus jam dictum predicta omnia et singula non reemerimus pro summis supra notatis, Ex tunc prout ex nunc ipsorum Episcopi, ecclesie et Capituli censentur et sunt emptione legitima in perpetuum duratura. Abdicantes presencialiter a nobis et successoribus nostris omne dominium, proprietatem, fructus, usufructus omneque commodum et vtilitatem et quicquid nobis juris in eisdem competit, transferimus eadem in Episcopum, ecclesiam et capitulum supradictos ab eisdem perpetuis temporibus possidenda. Mandantes nichilominus vniverfis et singulis fidelibus nostris et vasallis in dictis terris, castris et ciuitatibus et coadjacentibus villis commorantibus ad presens vel in futurum, ut statim lapsa predicto termino eo ipso sine nostra vel successorum nostrorum requisitione dictis Episcopo, ecclesie et Capitulo, tamquam veris dominis feudi pareant et statim, ut eos requisierint ea, que nunc a nobis in feudum tenent, in predictis terris recipiant ab eisdem. Testes hujus sunt nobilis vir Hermannus Comes de Euerstein et honorabiles viri Hinricus, decanus Stendaliensis, Zegherus, prepositus in antiquo Angermunde, Henningus de Blankenborch, Dapifer, Redeke de Rederen, Marscalcus curie nostre, Bertoldus Scenke, Hinricus de Rochow, Didricus de Kerkow, Magister curie nostre, et alii fide digni. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et Actum Soldin, anno domini millesimo tricentesimo decimo septimo, ipso die beati Dionisii martiris et ejus sociorum, quod est septima idus Octobris.

Aus Dreger'scher Handschrift.

IX. Markgraf Woldemar verkauft dem ehemaligen Dänischen Drosten Nicolaus Olafson und Webigen von Wedel Schloß, Stadt und Land Schiefelbein für elftausend Mark Silbers, am 18. Mai 1319.

Wir Woldemar, von der Gnode Gotis Marggreue czu Brandenburg vnd czu Lufitz, bekennen in dissem offenen Brife, das wir vosen getruwen Mannen Herrn Nicolaus Olafson, der etswenne was Droste zu Dennemarke, vnd synen rechten Erben vnd Hern Wedegin von Wedeln vnd synen rechten Erben haben rechtlichen vnd redelichen zu rechten Leene gelegen mit samender Hant vnd vorkaufft czu rechten Kauffe vor Eilfftausend Mark Brandenburgisch Silbers vnd Gewichtes, die sie vns bereit haben, vnd lassen sie der los an dissem Kegenwertigen Brife, Schivelbeyn Hus vnd Stad mit Lutem, mit Lande, mit Gute, mit Gerichte, Obirst vnd nedirst, mit Mütze, Pfennigen, mit Holtze, mit Brüchern, mit Heyde, mit Honige, mit Wesen, mit Weyde, mit allen Wassern, fliesende vnd steend, mit Fischerye dorinne, mit Ackern, gewonnen vnd vngewonnen, mit Wassirmölen, mit Wintmölen, gebuuet ader noch czu buwenden, czu habende vnd czu besizende, mit allir Bete Leenes vnd Erbes, was is sye, ane allerleie Dienst, es sie Man-Dienst adir Gebuerdinst adir Wagendinst, mit Jach allir Tiere, gende adir fligende, Gehege czu habende